

50. LEONARDI AUGUSTINI  
128. HARPOCRATES.

Digito os premit, in signum silentii. Ovidius eum ita describit,

*Quique premit vocem digitoque silentia suadet.*

Cornucopiæ notat abundantiam bonorum oriri ab tacendo & loquendo opportune & cum judicio, ex sententia ejusdem poetæ,

*Eximia est virtus prestare silentia rebus,  
Et contra gravis est culpa tacenda loqui.*

De persico, quod vertici hujus Dei imponitur, scriptum supra.

129. P U E R

Jocator.

130. P A L L A S.

Vide sequentia.

131. B E L L O N A.

Martianus Capella declarat allegoricam sententiam armaturæ Palladis cum hasta & scuto & galea in capite, divisa in tres pennas vel cristas, armato pectore cum facie Medusæ.

*Hinc nam tergemina rutilant de vertice crista,  
Quod dux sanguineo præfulque corusca duello;  
Vel tibi quod fulget, rapiturque triangulus ignis.*

*Hinc*